

quæst. i. hoc ergo sensu litterali omisso, moralem prosequor. Et valde mirum, quod dum Christus ad virtutes hortatur, eas mandat præcingere, numquid ipsa virtutum exuberantia comprimenda est? Potius laxanda videbatur, ut videant omnes opera vestra, & glorificent Patrem vestrum. Matth. 5. num. 16. Quomodo ergo eam cohibere mandat? Sicut lumbi vestri præcincti: id est virtutes præcingantur. Vnde Tertullian. lib. de Pallio cap. 5. ait: Tunica prius cingulo correpta. Quod enim Evangelista dixit præcingere, Tertullianus ait corripere, ac si ipsa redundancia, ac lacinia virtutum præcingenda, & corripienda est cingulo prudentiæ, & rationis, ne in excessu abeat; ipsa enim virtus à sui excessu, ac nimia sui magnitudine sic vitiat, ut virtutis naturam amittat, & in vitium degeneret.

Ad nostram quæst. ait Ioannes Apocal. i. num. 13. Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum pedere, & præcinctum ad mammillas Zona aurea. Ecce Christus apparet præcinctus ad mammillas, seu pectora, & suis mandat, ut lumbis præcingantur, sicut & Ioannes Matth. 3. num. 3. habebat Zonam pelliceam circa lumbos. Quod dubium, & præposuit D. Chryostom. homil. 2. Marc. Dominus noster Iesus, ait, in Apocalypsi, qui videtur inter candelabra aurea, habebat zonam auream non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur; Christus, hoc est Evangelium, & monachorum virtus, non solum in libidine, sed in mente condemnatur. Hic nec cogitare quidem expedit, ibi qui fornicatus fuerit, tenetur in crimine

Primò. Per zonam, ac cinctiorem in lumbis significatur lex vetus, ac status incipientium, in quibus appetitus, ac opera carnis constringi mandantur; in Apocalypsi verò perfecti, ac consummati in virtute Christi fideles, qui & in ipso Christo repræsentantur, ut docent D. Ambros. Alcaeer, Cornelius, & alij multi, altius præcinguntur, nõ in lumbis, sed in mammillis, hoc est secundum actiones intellectus, & voluntatis; nam per pectora has duas potentias intelligit Pererius, cinguntur autem zona aurea Charitatis. D. Gregor. lib. 3. 4. moral. cap. 8. Zonam, ait, auream circa mammillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius amoris vincula restringere. In minoribus, seu incipientibus astringuntur lumbi zona pellicea timoris, ac tremoris, perfectioribus verò in Euangelio religantur superiores potentie intellectus, & voluntas zona aurea charitatis.

Secundo. In præsentem Christum loquebatur cum suis, qui nondum erant sacerdotio initiati. At in Apocalypsi sacerdotalis dignitas in eo significabatur, ut late probat Alcaeer; ideo apparebat vestitus pedere, hoc est veste sacerdotali sic dicta, quia vsque ad pedes descendebat, & præcinctus ad mammillas, nam veteres sacerdotes circa pectus alte succingebant se, ut tradunt Ioseph. lib. 3. antiqu. cap. 10. D. Hieron. Epistol. 128. Vnde Turnebus lib. 15. aduersar. cap. vltim. Et Sigonius lib. 3. de iudiciis, cap. 19. notant morem alte se cingendi proprium fuisse sacerdotum, ut per hoc significaretur eos præ cæteris promptos, & paratos esse ad omne Dei obsequium. Qui ergo Ecclesiastica dignitate non imminet in lumbis præcingantur tanquam præparati ad quolibet Dei mandata, tamen qui sacerdotio sunt consecrati altius accingantur, altius enim ad omnem Dei nu-

tum sunt destinati. Quod etiam ad monachos facile adaptabis: nam zona ad mammillas, ut ait Diuus Chryostomus citatus: Est virtus monachorum.

Tertiò. D. Gregor. lib. 2. 1. Moral. c. 2. Postquam differit quod lumbi restringendi sunt à luxuria cogitatione. Sic subiicit. Hinc est, ait, quod Angelus, qui Ioannem alloquitur, Zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui munditia, etiam cordis luxuriam frenat Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Perstitit Sanctus Doctor, ut per zonam auream intelligat cingulum castitatis, quo Dominus mandat in præsentem lumbos cingere. Etiam cordis luxuriam frenat. Ex quo pulchrum in surgit dubium. Ad quid Angelus, qui iuxta multorum sententiam in Apocalypsi apparebat, qui omnino totius carnis appetitus est expers, omnisque illius periculi immunis, baltheo castitatis armatus se exhibet? Quamuis in Angelo nullum esset luxuriæ periculum, nobis tamen in hoc magnum dabat documentum, ut instrueremur, quod licet quis hominum in multa puritate, ac sanctitate degat, veluti vnus Angelus bonus, tamen altius zona castitatis præcinctus circumspecte, ac studiose viuat, omnem occasionem, ac illius discrimen fugiens naufragium timeat, ne forte incaute in periculo labatur. Zona autem in Angelo est aurea. Pergit Sanctus Gregorius: Zona aurea Angelum stringit, quia quisq; superna patria cuius est, non timore supplicij, sed amore charitatis immunditiam deserit, & non in lumbis, sed in pectore cingitur, quisquis enim purior est, custodiens mentem suam altius super insidia inimici inuigilet.

Quartò. Christus Dominus omnium magister paulatim ad virtutis fastigium suos disponebat, primò docet, ut præcingantur lumbi hoc loco, opera scilicet carnis, postea verò in Apocalypsi vestitu suo cunctos fideles admonebat, ut altius circa pectora cingerentur, ut scilicet cordis cogitationes totæ in Deum essent astrictæ, & defixæ, ut sublime Deum contemplerent. Primò corpus, deinde mens puritate præcingatur. Vide supra cap. 8. num. 8. 4.

Quintò. In lumbis insunt libidinosæ cupiditas, & inclinatio ad peccandum, cum autem in discipulis huiusmodi appetitus vigerent, mandat eis Dominus lumbos præcingere, ut mortificationis, ac penitentia cingulo comprimantur; At Christus Dominus qui utpote filius Dei omnino immunis erat ab omni fomite; ac propensione peccati, alio cingulo, aliòque altiori loco succingatur circa mammillas nempe, hoc est in corde, ac anima puro, ac splendido Charitatis auro, qua sanctissima eius anima inflammabatur. Quilibet iuxta suum statum, ac conditionem induatur; qui peccatis expeditus est, tali componatur indumento, quod hominem obnoxium peccato decet; Qui verò innocens, & alienus ab omni peccati macula est altiori elegantia exornetur, ut summæ puritati, ac innocentia expedit.

Post deuastatâ Ierosolymam cum Nabuchodonosor omnem Iudæorum nobilitatē ipse transferret in Babyloniam, iussit eligi, ac segregari pueros de semine regio, pulchros facie, & omni scientia, ac sapientia instructos, Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino, unde bibebat ipse. Daniel. 1. num. 5. Determinat, ut eosdem cibos, & adipes, ex quibus rex comedebat,

22. Gregor.

Quilibet licet purus à luxuria periculo refrænet mentem.

23.

Paulatim ad supra virtutum emendatur.

24.

Quilibet induatur iuxta suam conditionem statum.

24.

Daniel. 1.

Ephren.

Vestuntur pueri ut pote de semine regio.

25.

Daniel. 3. Carthulian. Tyrius. Monoch. Glosa. Hieron. Pererius. Daniel. 4. Chaldaus. Variab.

Sedulius.

Pueri ut triumphatores, Nabuchodonosor ut abiectus, induuntur.

comedebat, comedebat & ipsi pueri, sed sicut Nabuchodonosor designat alimenta, & fercula, quibus quotidie per tres annos, ut notat D. Ephren. ferm. de S. Daniele, pascedi sunt, cui etiam eorum vestes ex quibus erant induendi, nõ præscribit, si tã sollicitus se præberet circa annonam, cur eorum ornatu omnino prætermitteret? Vtrumquè enim aque requirebatur ad assistentiã in palatio: cibos ex mensa sua assignat Imperator, de eorum qualitate graue poterat extare dubium. Nam cum illi iuuenes essent Hebræi prohibebatur gentilibus cibis vt, vnde ab illis Daniel, & focij abstinerunt, ne polluerentur de mensa Regis n. 8. Circa eorũ vestes nihil disponitur, planum enim, ac manifestum erat, quod cum illi pueri essent de semine regio cõponendi, ac exornandi erant, ut filiis, ac nepotibus regum deceret.

Postquam Sydrach, Misach, & Abdenago voluerit stuatam Nabuchodonosoris adorare, ex Regis iussu coniecti sunt in ignis fornacem. Cõfessum viri illi vincit cõbraccis suis, & tiaris, & calcamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Daniel. 3. n. 25. Cum omni regio ornatu, quo in palatio incedebant, ut notant Carthulian. Tyrin. Monochius; braccis, nepe veste sua oblonga tibias tegente, tiaris, seu mitra capitis tegumento alto, & aucto, ac calcamentis in medium flammæ ignis proiciuntur. At vero cum Nabuchodonosor iusto Dei iudicio ob suam superbiam punitur, ac vt notant Glosa, Interlineal. D. Hieronymus. Pererius, & alij. Amès factus abiectus est ab hominibus. Donec capilli eius in similitudinem aquilarũ crescerent. Daniel. 4. 30. Nudatus incedebat omni indumento, itaut corpus suum capillis in similitudinem aquilarum tegetetur, ut inuunt Chaldaus, & Vatab. Res valde mira, tres illi iuuenes, simul ac Imperator ad supplicium vocatur. Iuuenes compositi omni splendido, ac regio ornatu; Imperator verò, non solum à purpura, sed etiam à quolibet vili tegumento priuatus est. Iuuenes quamuis captiui tanto decore, Rex verò etiam in suo palatio tanta afficitur ignominia. Iuuenes illi, ut pulchre ait Sedulius lib. 1. de Paschate. Vincunt incendia pene igne animi. Ingediuntur fornacem ignis, ut laureati flammatarum victores; Nabuchodonosor verò inter feras expellitur, ut humiliatus cum penitentia, & dolore respiscat; iuuenes ad trophæa pergebant, induantur ergo omni purpura, & splendore, ut tanti triumphus maiestas exoptabat: Rex verò, qui Dei manu ad humilitatem, ac penitentiam trahitur, omni fastigio deposito in multâ summissiõne veniat, ut extrema eius obiectio patefiat, nã sicut triũpho decet maiestas, sic & abiectioni vilitas.

QUESTIO IV.

Quare Christus mandat discipulis habere lucernas in manibus?

25.

RESPONDEO primò ad quæstionem iuxta sensum litteralem. Præcipit nobis Dominus, ut lumbis præcinctis expediti essemus ad omnia opera bona, ac ad iter eundem in Cælum. Nunc verò præsentem documento monet nos semper debere esse præparatos, tãquam seruos Dominum expectantes, non quasi de longinquo, sed de proximo iam iam aduenientem. Sumpta est metaphora à seruis præstolantibus Dominum suum.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Serui, qui noctu lucernas accensas habent, & eas manibus tenent, iam Dominum suum præsentem, ac pulsantem contemplantur ita dispositi, ut ipso veniente nihil restet faciendum, nisi ipsum Dominum excipere. Quo monemur nos maximè præparatos esse debere præcinctos mortificatione, ac abnegatione carnis, accensis spiritualibus virtutum facibus, spectantes singulis horis, ac momentis Dominum, cum ad iudicium venerit ad nos in hora mortis, & quia hæc hora est nobis valde occulta, ideo multum commendatur. Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Matth. 25. n. 3. in omni hora, & momento debemus esse parati, ac si iam proximè inster Domini aduentus, ut absque vlla mora occurramus. Ita Toletus, Maldonatus, Barradas, & alij. Ex hac Christi doctrina deducta est cõsuetudo, fidelibus in articulo mortis constitutis dandi cereos accensos in manibus, ut hoc factõ ostendant se fide, charitate ardenti occurrere Christo, ad idque excitentur. Ita Durandus, Amalaris, Rabbanus, & alij, qui de cæremoniis, ac rebus Ecclesiasticis scripserunt.

Secundò, & moraliter. D. Gregor. homil. 13. Lucernas quippe, ait, ardetes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Duo sunt, quæ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere; ut munditia sit castitatis in corpore & lumen veritatis in operatione; nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec bonum opus aliquid est sine castitate. Expende illud: lumen veritatis in operatione. Ita castitas sit in corpore, ac virtus in animo, ut vere, ac sincere, sine fictione, ac simulatione resplendeat in opere, sicque fidem, ac iustitiam, quam mente concipimus, quaque mens, ut lucerna ardens nitet operibus exhibeamus. Ait Paulus ad Galatas 5. n. 25. si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Docet nos, quod si internam vitam gratiæ, ac iustitiæ habemus, secundum spiritus gratiæ distamen, ducaturque incedamus, ambulemus, concurremur, & operemur externis actionibus. D. Hieron. si per spiritum vitam habemus, ait, spiritualiter conuerseremur. Et tunc monet D. Gregorius, quod cum virtus resplendet in opere: Per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus.

Tertiò. D. Hieron. in cap. 1. Jerem. n. 17. Præcipitur Apostolis, ait, ut accensis lumbis lucernas tenent manibus suis, predicationis videlicet Evangelicæ. Quicumque igitur sermones locutus est Dei, debet accingere lumbos suos. Prius Christus D. mandat lumbos præcingere, & postea lucernas ardetes manibus tenere; monemur, ut prius quisquis cingulo penitentia, ac mortificationis se succingat, antequam alios ad penitentiam exhortetur, multã auctoritatem dictis conciliat ratio vitæ castigatã. Vnde scribit D. Hieron. ad Zachar. cap. 3. num. 4. Hic erat, ait, Prophetarum habitus, ut quando populum ad penitentiam promocabant, induerentur cilicio. Quod patet in Parente Elia 3. Reg. 1. n. 8. vir pilosus, & zona pellicea. Et in Elisæo c. 2. n. 13. Qui leuauit pallium Elie. Et in Ioan. Baptist. Matth. 3. n. 4. dicitur. Habebat vestimentum de pilis camelorum. & statim n. 5. subiicitur. Exhibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa. Vide multa verb. Predicare tom. 2. & 3. in Iudice.

Quartò. D. Augustin. lib. 2. quæstionum Evangelic. cap. 25. Lucerna ardetes, ait, ut hoc ipsum, quod facitis, vero sine, & recta intentione faciatis. Non solum mandat nobis Dominus habere lumbos præcinctos, sed etiam lucernas ardetes in manibus

M M nibus

Preparati ad mortis horam.

Matth. 25.

Tolet. Maldonat. Barrad. Durand. Amalaris. Cur lucerna accensa in manu

27. Gregor.

Galat. 5.

Hieron.

28. Hieron.

Ostendat habitum penitentia, qui eam prædicat.

Hieron. 4. Reg. 1.

Matth. 3.

29. August.

nibus: Non enim sufficit lumbos esse præcinctos, vt sine impedimento operemur, sed insuper lucernæ ardentes requiruntur, vt quidquid, quod agimus, recto sine, rectaque intentione exhibeamus. In exordio rerum in prima die, dixit Deus, fiat lux. Gen. 1. n. 3. Cur in primo Mundi opificio à luce incipitur rerum creatio? Præcipue cum lux huius sæculi tota à sole deriuetur, qui creatus est quarto die; vnde satis longa est quæstio, quid esset lux in illoprimo die, de quo alibi iã dixi. Ad quid ergo necessaria illa lux in prima die, numquid Deus luce indigebat, qua illustratus cuncta intueretur? Minime, vt notum est. Lux intentionis est Symbolum. Sicut enim à luce cuncta manifestantur secundum suum esse, quod habent, & vnaquæque ad operationem illi proportionatam dirigitur. Sic ab intentione omnes virtutum actiones declarantur, in suoque esse illustrantur, ac perficiuntur, ad rectumque finem, & modum ordinantur. D. Paschasius Abbas lib. 4. in Matth. Sic, ait, oculis istis carnalibus omnia corporis membra ordinate ad operationem dirigitur: ita intentione, & luce fidei cuncta virtutum genera, vt lucidum corpus percipiuntur, ac illustrantur. Et subdit, Vult ergo Christus, & bona fieri, & ex bono mentis propositio illa oriri. Pro nostro ergo documento voluit Deus vniuersa opera sua à luce inchoari, vt inde disceremus actiones nostras bona intentione initiari, illaque perfici, ac illustrari. Vide tom. 1. 2. & 3. verb. *Intentio*, ibi multa.

Gen. 1.

Omnia operatio fiat cum recta intentione

D. Paschas.

60. Theophyl.

Actio, & contemplatio ad Dominum.

D. Bernard.

Actio. 1.

31. Theophyl.

Contra scientia inlicito, & ratione.

Exod. 28. D. Nyssen.

punicis intercepta: duo enim sunt studia, quibus vita tota conlatur, recta in Deum fides, & probata in hac vita conscientia. Fides igitur sacerdotis veluti tintinnabulum, vita vero naturam puniceorum imitatur malorum. Tintinnabulum fidei opera denotabat, quæ cum agitur veluti quoddam tintinnabulum statim in fidei confessione sonat. Et subdit sanct. Doctor. Vita vero naturam puniceorum imitatur malorum. Quænam combinatio est in vita Pontificis cum malo puniceo? Vt astruat Sanct. Pater, quod ibi adumbratur. In malo granato multa insunt grana miro ordine, ac artificio, Auctoris naturæ disposita, ac inter se composita, sic licet in vita Pontificis multæ dentur actiones, omnes tamen multo iudicij, ac rationis ordine, & artificio sint directæ, ac ordinatæ, vt nihil extra iudicij metas profiliat. Vide tam in hoc tomo, quam in 1. 2. & 3. in Indice, verbo *Ratio*.

Septimo. Origenes homil. 9. in lib. Iudic. Existimas hic fieri illusionem ad lampades, seu faces militum Gedeonis: sicut enim ipsi armati confectis lagenis, lampadibus, ac tædis micantibus, ac resurgentibus, obscura in nocte super montes micarunt in orbe. Sic Apostoli, ac Martyres, & alij viri sancti per Martyrium, ac poenitentiam, & mortificationem fractis suis corporibus super Ecclesiæ montes doctrina, sanctitate, ac miraculis, toto in mundo claruerunt, qui enim labore, poenitentia, ac persecutione accinguntur, veluti lucernæ ardentes vndique fulgent, & splendent. De Iob c. 1. n. 8. loquens Deus cum Satana ait; Homo simplex, & rectus. Cap. verò 2. n. 3. ait Dominus ad ipsū Satanam. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei vir similis in terra. Cur in recensendis Iobis elogiis, Primò dicitur homo, postea verò vir? Plinius lib. 2. *Illum dicam virum, qui instar solis fulget in moribus.* In primo colloquio extabat Iob in sua prosperitate, ac regno; in secundo verò loco erat vexatus labore, persecutione, ac innumeris malis, & cum tantis vexationibus circumdatur, tum vt vir instar solis fulget virtute, & moribus.

32. Origenes.

Oppressi laboribus, & persecutione nitent, & fulgent. Iob. 1. Iob. 2. Plinius

Octauo. Præcipit Dominus habere lucernas ardentes in manibus, non in corde, multi enim alta mente defixum retinent, se poenitentiam, ac vitæ bonam facturos, nunquam tamen id opere explēt; totam vitam propositis, & non operibus pertranseunt. Ait Iacobus in sua canonic. 1. n. 25. *Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum naturæ suæ in speculo. Qui auditor est verbi, & non factor est veluti ille qui suum vultum naturæ suæ maculis, ac vititiis naturæ deturpatum videri in speculo, scilicet in lege Dei, & nunquam executione agit, vt e ipsum purificet, & mundet, sed in illo squalore totam vitæ agit.* D. Leo serm. 11. *Quadragesimæ. Artifex misericordie Dei, inquit, splendidissimum in mandatis suis condidit speculum, in quo homo suæ mentis faciem inspiceret: & quam conformis imagini Dei, aut quam dissimilis esset, cognosceret.*

Nono. D. Chrysol. serm. 24. *vere portant lucernas suas, ait, qui cum loco, proposito studio latitant, opere, virtute, meritis coruscant, ac splendent toto orbe terrarum. Ille vere portat lucernas Euangelicas, qui bene agnoscit latere, & resplendere; simulque occultari, ac fulgentissimis radiis coruscare. Ille enim nouit, loco, & proposito, & studio latere, qui in media luce doctrinæ, virtutum, ac miraculorum, nil vehementius curat, quam ne ipse clarius appareat, ne quid sui nominis clarescat.*

Sape homo proposito, & non opere transiit vitam. D. Leo.

33. D. Chrysol.

Ille, qui conatur abscondi, resplendet.

35. Ezech. 1.

Ait Ezechiel cap. 1. num. 4. *Vidi, Et ecce nubes magna*

Hebraicus

Cornel.

36.

Ruth 4.

Iustus dum nomen suum vult occulere, vt gloriose manifestet.

Damianus

QVÆSTIO VIII.

Quare lucernæ mandantur haberi non in manu, sed in manibus?

37.

Hucernæ non circumferuntur à seruis in manibus, sed in vna manu, vt satis expetentia monstrat; deinde si lucernæ perpetuo manibus teneantur impedimento sunt operantibus; Quomodo ergo Dominus præcipit habere lucernas in manibus?

38.

Luc Burg. Cornelius

Deus vult vt sui serui luceant, non vt id reges terrent.

Respondent primo. Lucas Burgen. Cornelius à Lapide. Quod liceat interpretari in manibus vestris, id est præ manibus vestris, id est ad manus vestras, vt significantur paratæ, ad illas in manibus accipiendas, vt Domino pulsanti cum eis occurratur. Dico tamen, quod & si lucernæ perpetuo manibus teneantur, impedimento sunt operantibus apud reges, ac principes temporales, qui nolunt vt serui tanquam faces fulgeant, sed hoc tantum affectant, vt toti se eorum obsequio dedicerent, extentisque manibus sint eorum nutum expectantes, vt imperata adimpleant, & exequantur. At verò lucernæ virtutum, ac boni exempli in ma-

Sylueira in Euang. Tom. IV.

nibus, (ad hoc scopus parabolæ tendit), vt operetur in via Dei non sunt impedimentum, sed adiutamen, Deus enim maximè vult, vt eius serui nitent, & resplendant in iustitia, ac charitate.

Secundò. Præcipit Christus D. suis discipulis, vt habeant lucernas in manibus, futuri enim erant ipsi ministri, vt totam Ecclesiam regerent, ac gubernarent, indeque ordinar, vt habeant manus occupatas, ne valeant aliquid recipere. Tota reipublicæ ruina, ac ministrorum crimen ex manibus expeditis ad captanda munera nascitur. Proponit Regius vates Deum venientem ad iudicium. *Ad faciendam vindictam in nationibus*, statim explicat quonam modo hæc pœna, ac vindicta sit infligenda. *Ad alligandos reges eorum, in compedibus*, & nobiles, legit D. Hieron. in clytos, alij vertunt, principes, proceres, magistratus eorum in manibus ferreis. Psalm. 149. n. 8. sicut enim compedes sunt vincula pedum, ita manicae sunt vincula manuum, cur reges in pedibus, nobiles, principes, ac Magistratus eorum vincuntur in manibus? Deliquerunt reges in pedibus, dum suos appetitus sequentes deambulabant, suorumque ministrorum veltigia minime scrutantes. Deliquerunt nobiles, principes, ac magistratus præ manibus, dum eas expositas habent, vt munera accipiant, ob quæ iustitiam, ac iudicium inuertunt, ac præuertunt, proportionatur pœna culpæ, reges attingantur pedibus, nobiles verò eorum manibus ferreis.

39.

Ministri ne sint acceptatores munerum.

D. Hieron.

Psalm. 149.

30.

Tertiò. Præcipit Christus D. vt lucernas habeant, non in vna manu, sed in vtraque manu, in manibus; ne diuidatur homo, vt vna manu Deo, altera mundo inseruiat, totus enim homo, ac omni suo affectu se Deo debet consecrare sacrificium. Cain non placuit Deo, cuius rei rationem ipsemet Deus loquens cum Caino assignat, iuxta Septuaginta dicens. *Non ne, si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti?* Gen. 5. n. 7. Cur cum recte offerat, nõ autem recte diuidens peccauit? Recte offerre, vt explicat Abulens. cum D. Augustin. lib. 15. de ciuitat. cap. 8. Est offerre, cui debemus, scilicet soli Deo. Ac si diceret Deus Caino, quid mirum, quod sacrificium tuum mihi displicuisset, nam quamuis mihi obuleris, vt debebas, male tamen diuidisti, quia licet vna manu mihi hostiam dedisses, altera cor tuum, tuumque affectum tibi retinisti. D. Bernardus serm. 24. in Cantico. *Quid miraris o Cain, ait, si non respicit ad te, qui ita diuisus est in te? Si manu deuotioni, quid animum das luori? Non concilias Deum tibi discors tecum: non placas, sed peccas.* Rupertus: *Cain, ait, non recte diuisit, quia cum Deo offerret sua, se ipsum sibi retinuit: cor suum retinuit sibi, & fructus terra obtulit Deo.*

In obsequio Dei ne sit homo diuisus. Gen. 4.

Abulens. D. August.

D. Bernard.

Rupertus.

41.

Psalm. 77.

Nam, 11.

Cælesti pane per desertum pavit Dominus populum suum, vt ait Regius vates Psalm. 77. n. 24. *Pluit illis manna ad manducandum, panem celi dedit eis: panem Angelorum manducauit homo.* Inter tot cælestes delicias concupierunt carnes. Numer. 11. n. 4. in magna abundantia dedit ei Dominus carnes coturniceas, de quibus ait Dauid. *Manducauerunt, & saturati sunt: adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei descendit super eos*, citato Psalm. n. 3. *seu vt dicitur Num. 11. Adhuc carnes erant in dentibus eorum.* Cum carnes iniquè appetuerunt, ac acceperunt, ira Domini non differtur, sed citissime descendit, magnaue plaga facta est in populo. Res valde mira. Idemmet populus erigit vitulum, ipsumque adorat, ingenti applausu, multisque lætitiis, ac acclamationibus vituli festa celebratur.

M m 2

Exod.